

§. XI

LAPIDANDVS LAPIDI BV S OBR V E B A
T V R N V D V S

Ita est in rebus humanis, ut summa turpitudo *nuditate* prodatur. Agnita enim *nuditate* sua nihil magis ad turpitudinem suam accedere posse existimabant protoplasti: quare potius conspectum DEI fugere, quam propriam turpitudinem a) confiteri malebant. *Nuditate* enim turpitude peccati satis indicatur. Hanc igitur ut ueteres Iudaei tam illi, qui ad supremum rapiebatur supplicium, quam supplicii spectatoribus ostenderent, REV M ueſtibus DEN V DAT V M morti tradebant. Idque in MARTYRIBVS CHRISTI eo magis obſeruabant, quo uehemmentius eorum innocentiam hac turpitudine publica affligi posse credebant. Idem quoque acciderat sanctissimo nostro Sospitatori, qui omnibus ueſtibus denudatus ad augendum turpitudinis ſpectaculum in cruce pependit. b) Qui enim in crucem agebantur, antea omni ueſtitu exuebantur. c) Qua tamen in re Iudaei modestius ac uerecundius sensisse uidentur, qui uerenda faltem in ipſo ſupplicio tegi curabant, teste hi-

ftoria,

a) Gen. III. Cap. uerf. 7. uisque ad II.

b) Matth. XXVII, 35. *σαυραγάντες δὲ αὐτὸν διεμερίσαντο τὰ ιματία αὐτῷ βαλλόντες κληρον.* Si uero milites Romani CHRISTI uestes per sortem adipisci studerent, necessarium fuit, ut illum, antequam cruci affigeretur, ueſtibus exuerent. Collatis cum hoc MATTHAEI testimonio MARCI cap. XV, 24. LVCAE cap. XXIII, 34. IOHANNIS cap. XIX, 23. Psalm. XXII, 19.

c) IVSTVS LIPSIUS Libro II. de cruce Cap. VII. pag. 779. de *nudatione*, quae crucifixioni et ceteris poenis capitalibus praeibat, ita scribit: *Suspensio fixioni praeiz, et ante illam etiam nudatio, quia simul ad*